

REVTLINGENSE.

15

*In templo Diuae Mariae, quem tempore quodam
Maximus Aemylius vidit, miratus & illum
Iusserat è templo Caesar remouere, quod esset
Mauortis telum, sacris non vsibus aptum.
Continuò procures, & magnifolcra Senatus
Post abitum Diui semòrunt Caesaris illud
E Templo spissum dentato cuspide telum:
Sed nusquam in partes varias flexibile lignum
Distendi potuit: Templum fuit adificatum
Desuper: hoc mansitq; nouo cum pariete cinctum
Vndiq; non portis fuit emissibile lignum,
Nec potuit patulis ullis exire fenestris.
Consilium procures ergò fecère Senatus
Voluere qua possent ratione rotatile telum,
Inq; Choro templi confractò pariete longum
Euectant lignum, digna & statione reponunt:
Scilicet extructa est vbi curia nostra: vetustum
Nunc porrò tanta monumentum mole quiescat.*

*Hic simul expediam, quo tempore, Consule quòue
Structa sit illustris domus hac, qua fulcra Senatus
Conueniunt procures, nostrae pars nobilis urbis,
Et duodena tribus, Romano more Tribuni.
Si vacat à prima repetemus origine famam:
Hic annosà satis, trabibus cariosa vetustis
Curia prima stetit, fregerunt funditus illam,
Tempore quo Caesar sibi Ferdinandus habebat
Imperium, Christus lapsos numerauerat annos
Mille, & quingentos, & sexagesimus alter
Vltra erat in cursu, cum tecta vetusta Senatus
Iusserat in terram sterni, & fundamina poni,
Martius ostendit iam proximus ille Calendas,
Consule Reysero summa probitate Ioanne,*

D 3

Quare & quan-
do è templo sit
remotus.

Superscriptio
Arietis est hæc
in curia legenda:
Memoria æter-
na sacrum Imp.
Ferdinando pri-
mo ac felice Cæ-
sare semper Aug:
Germ: Bohem:
Vng: Rege, In-
fant. Hispan. Ar-
chid. Aust. Com
Tyrolis regnan-
te: Senatus, Po-
pulusq; Reut-
lingensis hunc
Arietem, ne à po-
steritatis memo-
ria desiderare-
tur, in publicū
ponendum cu-
rauit An. Chri-
sti 1563.

An 1562. cepe-
runt Reutlingē-
ses destruere ve-
terem curiam.

Consules, & Se-
natores, qui fu-

Cui